

SUET. AUG. 79-81 (ÜBERS. O. WITTSTOCK):

Forma fuit eximia et per omnes aetatis gradus venustissima, quamquam et omnis lenocinii neglegens; in capite comendo tarn incuriosus, ut raptim compluribus simul tonsoribus operam daret ac modo tonderet modo raderet barbam eoque ipso tempore aut legeret aliquid aut etiam scriberet. vultu erat vel in sermone vel tacitus adeo tranquillo serenoque, ut quidam e primoribus Galliarum confessus sit inter suos, eo se inhibitum ac remollitum, quo minus, ut destinarat, in transitu Alpium per simulationem conloquii propius admissus in praecipitium propelleret. oculos habuit claros ac nitidos, quibus etiam existimari volebat inesse quiddam divini vigoris, gaudebatque, si qui sibi acrius contuenti quasi ad fulgorem solis vultum summitteret; sed in senecta sinistro minus vidit; dentes raros et exiguos et scabros; capillum leviter inflexum et subflavum; supercilia coniuncta;

mediocres aures, nasum et a summo eminentiorem et ab imo deductiorem; colorem inter aquilum candidumque; staturam brevem - quam tamen Iulius Marathus libertus et a memoria eius quinque pedum et dodrantis fuisse tradit -, sed quae commoditate et aequitate membrorum occuleretur, ut non nisi ex comparatione astantis alicuius procerioris intellegi posset.

Corpore traditur maculoso dispersis per pectus atque alvum genetivis notis in modum et ordinem ac numerum stellarum caelestis ursae, sed et callis quibusdam ex prurigne corporis adsiduoque et vehementi strigilis usu plurifariam concretis ad impetiginis formam. coxendice et femore et crure sinistro non perinde valebat, ut saepe etiam inlaudicaret; sed remedio harenarum atque harundinum confirmabatur. dextrae quoque manus digitum salutarem tarn imbecillum interdum sentiebat, ut torpentem contractumque frigore vix cornei circuli supplemento scripturae admoveret. questus est et de vesica, cuius dolore calculis demum per urinam eiectis levabatur.

Graves et periculosas valitudo per omnem vitam aliquot expertus est; praecipue Cantabria domita, cum etiam distillationibus iocinare vitiatum ad desperationem redactus contrariam et ancipitem rationem medendi necessario subiit: quia calida fomenta non proderant, frigidis curari coactus auctore Antonio Musa. quasdam et anniversarias ac tempore certo recurrentes experiebatur; nam sub natalem suum plerumque languebat; et initio veris praecordiorum inflatione temptabatur, austrinis autem tempestatibus gravedine. quare quassato corpore neque frigora neque aestus facile tolerabat.

Von Gestalt war er außerordentlich hübsch und in allen Lebensaltern sehr anmutig, obwohl er alle Toilettenkünste verschmähte. In bezug auf seine Frisur war er so nachlässig, daß er in der Eile mehrere Friseure zugleich arbeiten ließ, seinen Bart bald scheren, bald rasieren ließ, und daneben noch irgend etwas las oder sogar schrieb. Sein Gesichtsausdruck war, ob er nun redete oder schwieg, so ruhig und klar, daß einer der Gallierfürsten seinen eigenen Leuten gegenüber gestand, er sei durch diesen Blick so gehemmt und umgestimmt worden, daß er ihn nicht, wie er es sich vorgenommen hatte, beim Alpenübergang in die Tiefe stürzte, nachdem er unter dem Vorwand eines Gespräches näher an ihn herangelassen worden war. Er hatte helle, glänzende Augen und wollte, daß man den Eindruck gewann, ihnen wohne eine göttliche Kraft inne. So freute er sich jedesmal, wenn jemand, den er fest anblickte, wie vor dem Sonnenlicht seinen Blick senkte. Aber im Alter konnte er mit dem linken Auge nicht gut sehen. Seine Zähne wiesen Lücken auf und waren klein und unansehnlich, sein Haar leicht gewellt und etwas ins Blonde gehend, die Augenbrauen in

der Mitte zusammengewachsen, die Ohren mittelgroß, die Nase oben etwas gebogen und unten leicht herabgezogen³⁰⁷. Seine Hautfarbe lag zwischen dunkelbraun und weiß³⁰⁸; Von Statur war er klein - allerdings berichtet sein Freigelassener und Sekretär Julius Marathus, er sei 5 3/4 Fuß groß gewesen³⁰⁹ -, doch wurde das durch die Wohlgestalt und das Ebenmaß der Glieder verdeckt und war nur aus dem Vergleich zu erkennen, wenn neben ihm ein Größerer stand.

Nach der Überlieferung wurde sein Körper dadurch entstellt, daß über Brust und Bauch Muttermale derart verstreut waren, daß sie nach ihrer Beschaffenheit, Lage und Anzahl das Sternbild des Bären³¹⁰ bildeten, und außerdem durch Schwielen, die infolge des Hautjuckens und des häufigen und starken Gebrauchs der Badestriege³¹¹ vielfach zu einer narbigen Fläche zusammengewachsen waren. Hüfte sowie Ober- und Unterschenkel links waren nicht so stark wie die rechten, so daß er mitunter sogar etwas hinkte; doch durch Behandlung mit Sand und Schilf³¹² wurde eine Kräftigung erreicht. Auch den Zeigefinger der rechten Hand empfand er mitunter als so schwach, daß er ihn, wenn er vor Kälte steif und zusammengekrümmt war, auch mit Hilfe eines Hornrings nur mühsam zum Schreiben bewegen konnte. Auch klagte er über die Blase, deren Schmerzen endlich durch Abgang von Steinen mit dem Urin gelindert wurden.

Schwere und gefährliche Krankheiten hat er im Laufe seines ganzen Lebens mehrfach durchgemacht, vor allem nach der Unterwerfung von Kantabrien, als er durch eine abszeßartige Leberschädigung³¹³ zur Verzweiflung gebracht wurde und sich notwendigerweise einer entgegengesetzten und gefährlichen Behandlungsweise unterziehen mußte: Weil warme Umschläge nichts nützten, sah er sich gezwungen, auf Anraten des Antonius Musa sich mit kalten behandeln zu lassen. Manche Leiden kehrten alljährlich und sogar zu bestimmten Zeiten wieder. Um seinen Geburtstag war er nämlich meistens abgespannt, wurde zu Beginn des Frühjahrs regelmäßig von einer Brustfellentzündung³¹⁴ heimgesucht und, wenn Südwinde wehten, von Stockschnupfen. Mit einem so geschwächten Körper konnte er weder Kälte noch Hitze leicht ertragen.